

sæpe contingit in consuetudinibus feudalibus, habere mixturam consuetudinis præter Legem, eoque sensu fieri legitimam consuetudinis speciem. Sed

3 Contra est: partim quia consuetudo, et si Jus nullum positivum de novo introducat, introducit tamen Jus permissivum ac libertatis naturalis restitutivum, quod pro genuina Juris Legalis specie agnovimus in cap. 1.

QUÆSTIO II.

Deturne aliqua Consuetudo, quæ viâ præscriptionis introducitur?

5 Volunt aliqui, quod sic: vel quia in cit. cap. ult. de Consuetud. requiritur, ut consuetudo sit legitimè præscripta: vel quia Jus, quod cæteroquin acquiritur mediante præscriptione, acquiritur etiam consuetudine. Quia

6 tamen præscriptio multis parafangis distat à consuetudine, uti ostensum in hoc cap. n. 12. & seq. ac in tract. seq. de Præscript. cap. 1. n. 39. & seqq. non video, quomodo utraque in unam naturam coalescere, & consuetudo viâ præscriptionis consurgere valeat.

7 Nec obest cit. cap. ult. quia illa verba legitimè præscripta, debent intelligi eodem modo ac legitimè introducenda, vel suis conditionibus, à Lege præscriptis, instructa: cæteroquin, cum verba sint generalia, ad omnem omnino consuetudinem extendi, sicque omnis consuetudo præscriptione introducta dici deberet. Neque etiam obest adducta ra-

num. 73. partim quia, si Jus novum positivum 4 introducat, non assumit in consortium consuetudinem præter Legem, sed manet & operatur tanquam consuetudo contra Legem, dum Jus aliud, priori è diametro contrarium, in Rempubicam invehit, abrogandò v. g. Clericis & fœminis jus succedendi, quod ex dispositione Legum Civilium habuerant.

tio: quia cæteris paribus quidem negari nequit, jus, quod paritur præscriptione, etiam consuetudine comparari posse: sed exinde nil minùs conficitur, quàm quod consuetudo acquiratur viâ præscriptionis: nam etiam unum idemque jus v. g. usufructus potest acquiri præscriptione, consuetudine, pactò, testamentò, vel successione ab intestato: & tamen nemo inferet, quod pactum, testamentum, vel successio ab intestato coincident cum consuetudine vel præscriptione. Profectò ipsimet Authores contrarii vix dicere audent, consuetudinem, viâ præscriptionis acquisitam, esse speciem præscriptionis propriam & strictè talem: indeque, cum reipsâ non ponant novam & propriam consuetudinis speciem, potiùs de nomine quàm effectu certare convincuntur. Malim igitur novam hanc speciem dissimulare.

QUÆSTIO III.

Utrum Consuetudo contra Legem possit introduci per actus formaliter malos?

10 Docui hoc cap. à num. 48. cum multis, Consuetudinem posse introduci per actus formaliter malos; ex ratione autem subjuncta videtur deduci, consuetudinem contra Legem non posse aliter consurgere, quàm si actus formaliter mali præcesserint: utpote cum exerceri debeant ex scientia Legis præ-existentis, cum intentione illam abrogandi: alioquin actus erronei & involuntarii sufficerent ad eam consuetudinem contra dicta d. cap. à num. 73.

11 Verùm oppones I. rariùs hòc modò consuetudinem contra Legem invalescere: quia rariùs accidit, ut tota communitas aut major ejus pars longò tempore scienter contra Legem peccet. II. non esse necessarium, ut communitas specialem notitiam, constitutæ Legis habeat, sed sufficere notitiam generalem aut præsumptam: quippe cum principaliter ex consensu Legislatoris convalescat, tamen generalis & non specialis aut personalis sit.

12 Resp. ad I. non aded rarum esse, ut tota communitas aut major ejus pars longò tempore contra Legem scienter peccet: cum sæpiùs Legem, quam sibi non aded convenientem existimant, plurimi de communitate

acceptare renuant, studiosè contra illam agentes. Aliàs non toties Summi Pontifices consuetudines, jam diu observatas, tanquam corruptelas improbassent: cum, ut loquitur Gregorius IX. in cap. ult. h. t. tanto graviora sint peccata, quanto diutius infelicem animam detineat alligatam.

Ad II. Resp. discrimen esse apertum inter 15 consensum Legislatoris & populi: siquidem Legislator, cum omnes mores & locorum consuetudines scire nequeat, meritò consensum generalem, in Legibus expressum, sufficere censuit: at populi notitiam & consensum specialem vel ideò desiderare potuit, & actu desideravit in §. sine scripto 9. Inf. de J. N. G. & C. l. de quibus 32. §. 1. l. sed ea 35. ff. de LL. quia nullus non populus scit aut scire debet, quas Leges sibi præstitutas habeat, quæve sibi commodæ sint aut incommodæ. Nihil in contrarium conferente, quod populus sit tantùm causa instrumentalis seu conditionata: tamdiu enim Legislator, seu causa principalis, consuetudinem per generalem consensum approbare non præsumitur, quàm diu apertò judicìò populi aut consensu utentium recepta aut approbata non fuit; prout ex textibus mox citatis patet.



SUPPLEMENTUM
AD
TRACTATUM II.
DE
PRÆSCRIPTIONE.

CAPUT I.

De Natura & Varietate Præscriptionis.

SUMMARIA.

1. Insinatur modus, probandi immemorialem. 2. & seq. Instantia contra annorum numerum in testibus. 4. Retunditur. 5. An testes deponere debeant de memoria suorum antecessorum? 6. & seqq. Explicatur, & roboratur nostra doctrina, in negativam inclinans. 12. & seqq. Speciatim exponitur celebris Glossa in cap. 1. h. t. in 6. vers. memoria. 16. &

17. Autoritate extrinsecâ firmatur nostra opinio. 18. & seqq. An & quò sensu requiratur probatio de fama communi? 21. & seqq. An admittatur probatio per scripturam? 25. An præscriptio immemorialis debeat excedere centum annos? 26. & seqq. Adducuntur verba Card. de Luca. 29. & seqq. Afferuntur objectiones. 33. & seqq. Refutantur.

QUÆSTIO I.

Quomodo probetur Præscriptio immemorialis?

1 Indicavi modum in hoc cap. à num. 89. & in specie in testibus, de immemoriali deponentibus, requisivi, ut sint ad minimum 54. annorum.

2 Hanc esse communem Doctorum, non inficiatur Clariss. P. Pichler in manipulo casuum Juridicorum casu 2. prout. 3. nihilominùs advertit, non deesse, qui putant sufficere, si testes sint 52. vel 51. cum dimidio annorum: cum ex una parte pubertati vicini, v. g. 12. annos nati, jam possint satis aliquid cognoscere, & meminisse; ex altera verò parte

3 Jura non disponant, ut testes de tempore immemoriali pro toto tempore, de quo ferunt testimonium, sint puberes, sicut disponunt de testibus, in testamento solenni adhibendis, ut jam actu sint puberes. Verùm ad hanc instantiam respondet Cardinalis de Luca de Jurisdic. disc. 3. num. 5. & 6. quòd, licèt testis, major factus, possit de illis deponere, quæ cadunt sub sensum corporis, non tamen possint de aliis deponere, quæ cadunt sub judicium intellectus, & quæ juris sunt, assignare debent concludentem scientiæ causam. Eòdem modò respondent Covarruv. in reg. possessor part. 2. §. 3. num. 8. & Hieronymus Rocca Select. disputat. tom. 2. cap. 167. num. 26. & seqq.

An verò testes præcisè teneantur deponere, quòd à suis etiam majoribus audiverint, rem in statu præsentis semper extitisse? Communissimè DD. affirmant cum cit. Cardinale de Luca de Judic. disc. 21. num. 60. & de Benefic. disc. 32. num. 6. & Rocca d. cap. numer. 22. inter quos me etiam recenset P. Pichler d. casu 2. pag. 45. Sed reverà id absolute non docui, uti patebit inspicienti mea verba in d. cap. n. 89. ubi ita scripsi: „Præscriptio immemorialis potest juridicè probari, & quidem sufficienter, si quatuor conditiones concurrant, quarum tertia est, ut testes asserant, se à suis etiam majoribus audivisse, quòd res in statu præsentis semper extiterit &c. Et de hac conditione dixi in num. 87. quòd ea vel maximè firmet rationem temporis immemorialis, dum ex hoc, quòd à majoribus acceperimus, possessionem usque & usque in moderno rerum articulo perstitisse, solidè inferimus, possessionis exordium nesciri per textum in l. si arbiter 28. ff. de Probat. En! nulli asserui præcisam necessitatem hujus conditionis, sed, quòd in concursu aliarum conditionum sufficiat ad probandum tempus immemoriale, juxta receptissimam opinionem, ostendi; abstrahendò ab altera quæstione, an non etiam sufficienter probetur immemorialitas.

„divisse, quòd res in statu præsentis semper extiterit &c. Et de hac conditione dixi in num. 87. quòd ea vel maximè firmet rationem temporis immemorialis, dum ex hoc, quòd à majoribus acceperimus, possessionem usque & usque in moderno rerum articulo perstitisse, solidè inferimus, possessionis exordium nesciri per textum in l. si arbiter 28. ff. de Probat. En! nulli asserui præcisam necessitatem hujus conditionis, sed, quòd in concursu aliarum conditionum sufficiat ad probandum tempus immemoriale, juxta receptissimam opinionem, ostendi; abstrahendò ab altera quæstione, an non etiam sufficienter probetur immemorialitas.

„rationem temporis immemorialis, dum ex hoc, quòd à majoribus acceperimus, possessionem usque & usque in moderno rerum articulo perstitisse, solidè inferimus, possessionis exordium nesciri per textum in l. si arbiter 28. ff. de Probat. En! nulli asserui præcisam necessitatem hujus conditionis, sed, quòd in concursu aliarum conditionum sufficiat ad probandum tempus immemoriale, juxta receptissimam opinionem, ostendi; abstrahendò ab altera quæstione, an non etiam sufficienter probetur immemorialitas.

rialitas, si testis saltem deponat negativè, nempe se à majoribus suis contrarium nunquam audivisse? Quin imò semper magis inclinat in eam sententiam, quæ etiam cum negativa depositione contenta est: partim quia per sepe accidit, ut testis, tametsi 60. vel plurium annorum sit, neque cum majoribus suis, neque cum aliis grandævæ ætatis hominibus jam defunctis aut tempus aut occasionem habuerit, de re, jure, vel actu, super quo ratione temporis immemorialis vertitur quæstio, loquendi: partim quia ex labilitate memoriæ, post longam adeò intercapedinem, facile potest oblivisci eorum, quæ in ætate adhuc minoreni cum senioribus ea de materia fermocinatus est: partim quia textus Juris Canonici & Civilis, quoties de tempore immemoriali sermo est, plus non requirunt, quàm ut de illius initio non constet, nec memoria habeatur de contrario, uti liquet ex cap. quid per novale 2. cap. super quibusdam 26. de V. S. cap. consuetudinem 1. de Consuet. in 6. cap. Episcopum 1. de Prescript. eodem in 6. d. l. si arbiter 28. ff. de Probat. l. in summa 2. §. 8. ff. de Aqua & aqua pluv. arc. l. hoc jure 3. §. 4. ff. de Aqua quot. & est. partim quia textus alius ex adverso adduci non potest; & celebrata alioquin Glossa in cit. cap. Episcopum de Prescript. in 6. vers. memoria ex parte præscribentis non requirit, ut testes positivè de auditu majorum testificentur: verba enim formalia illius sunt, quod dicent testes præscribentis (si talem habent conscientiam) quod semper viderunt & audiverunt, ita esse, nos nunquam viderunt vel audiverunt contrarium, & quod communis est & fuit semper opinio, quod sic fuerit, & quod non extat contrarii vel initii memoria. Id autem, quod subjungit Glossa, non pertinet ad præscribentem aut Præscriptionis immemorialis probationem, sed ad eum, contra quem præscribitur, Præscriptionem improbare conantem: dicit enim: si autem contra hoc adversarius probare vellet, testes sui (si de ipsorum esset conscientia) deberent dicere, quod viderunt tali tempore contrarium, & audiverunt à suis Superioribus, contrarium ejus fuisse. Itaque Glossa distinguit inter testes, pro præscribente, & contra præscribentem deponentes. Ex parte illorum requirit depositionem negativam, quod nunquam viderunt & audiverunt contrarium; ex parte istorum exposcit depositionem affirmativam, quod viderunt contrarium, & audiverunt à suis Superioribus. Neque enim tempus immemoriale, per testes pro præscribente negativè probatum, per testes adversarii aliter improbari potest, ac si positivè actus contrarii, seu vitus vel auditus proprius, & à majoribus acceptus, demonstraretur. Hujusque mentis fuisse Cravettam de Antiquis. temp. part. 4. post initium, materia ista &c. patet ex num. 38. ubi refert Glossam cit. & dicit, probationem temporis, cujus initii memoria non extat, fieri, quando testes deponunt, quod nunquam viderunt, neque audiverunt ipsi, neque audiverunt alios vi-

disse aut audivisse, aliter fuisse factum; & R. B. contra, si agatur de probando affirmativam memoriam extare. Et hinc Ockelius de 17 Prescript. temp. immemorial. cap. 12. sb. 2. cautum refert de Jure Provinciali Magdeburgico, ut testes deponant, tam de sua scientia, quàm de aliorum non auditu per verba Ordinat. Polit. cap. 52. §. 2. ibi: Durch das tempus immemoriale wird kein anders verstanden/ als da niemand wisse/ gedencke/ noch von anderen gehört und erfahren/ daß ein Ding entweder in solchen/ oder einen anderen Zustand gewesen/ als es sich zur Zeit des erhobenen Streits befunden.

An etiam necesse sit, ut testes deponant de fama & voce publica? Apud plerosque conformiter sapiens cit. Glossæ in cap. Episcopum §. de Prescript. in 6. verb. memoria affirmativè conclusum reperio per textum in d. l. arbiter 28. ff. de Probat. ibi: cum omnium hæc est opinio, nec audisse, nec vidisse, cum id opus fuerit. Verùm hæc verba non ineptè possunt explicari de testibus, collectivè, non verò singulariter, acceptis, id est, quod omnes testes, super tempore immemoriali examinati, communiter dicant, nec audivisse, nec vidisse, cum id opus fieret; non verò quod quilibet in particulari deponere teneatur, esse famam & vocem publicam: cum enim fama sit specialis modus probandi, ad eum casum pertinere videtur, quod testes nequeunt testificari de sensu proprio, sed unicè se fundant in auditu alieno, seu communi hominum opinione & fermocinatione. Deinde communior hanc opinionem & famam de illis intelligendam vult Stryckius de Jure sensuum differt. 8. cap. 2. num. 21. qui verosimiliter hujus rei habuerunt scientiam, vel scire potuerunt; nec requiritur, ut de communi opinione & famâ populi deponant. Mascard. de Probat. concl. 1092. num. 8. Balb. de Prescript. p. 2. part. 3. princip. concl. 6. n. 24.

An tempus immemoriale probetur per scripturam? Respondet idem Stryckius d. cap. 3. num. 22. per scripturam posse quidem initium & facti memoriam probari, vix verò non-existentiam memoriæ, ad tempus immemoriale requisitam. Scriptura si quidem ultra actum, in ea comprehensum, non extendenda; ideoque nec aliud negotium, quàm de quo est confecta, habebit probandi potestatem. Licet ergo vel ante centum annos fuerit literis consignatum, jus pacendi à Titio semper fuisse usurpatum, affirmativa tantum facti existentia evincitur, non negativa, id est, memoria non extare in contrarium: cum post confectum instrumentum sæpius alius quispiam potuerit hoc jus sibi vindicasse, vel usurpasse. Posse tamen immemoriale tempus per instrumentum, saltem publicum, vel plura instrumenta antiqua probari, si inibi enuntietur immemorialitas, quod nempe ultra hominum memoriam aliquid observatum fuerit, tenent Cardinalis de Luca de Benefic. disc. 32. numer. 7. Antonellus

nellus de Temp. leg. lib. 2. cap. 112. numer. 7. Nec contrarius esse videtur cit. Stryck. numer. 24. & seq. tenuitque Rota in recens. p. 10. decis. 168. num. 35. & seqq.

QUÆSTIO II.

An Præscriptio immemorialis debeat excedere centum annos?

Negativam elegi in cap. pres. num. 75. & inter alios Authores allegavi Cardinalem de Luca de Judic. disc. 21. à num. 43. Jam verò nonnemo scribere præsumptit, se non reperire, quod hic Author id teneat: nam num. 48. & seq. dicit juxta probabiliorum ac magis receptam sententiam efficaciorum esse immemoriam Præscriptionem, quàm centenariam, & qui habet immemoriam bene probatam, dicere potest, habere quoque centenariam & ultra: & quia in hoc cadunt difficultates super principii vitio, vel infectione, magis tutam esse illam, immemoriam scilicet. Sic ille. Sed minùs rectè. Enimverò Eminentiss. iste Cardinalis d. n. 43. dicit, centenariam & immemoriam ab aliis DD. confundi, & pro synonymis haberi; attamen (ut scribit num. 44.) reverà sunt diversæ: „quoniam centenaria perne- esse exigit probationem, quæ concludat tempus certum continuatæ ac pacificæ possessionis ultra centum annos, quod per testes concludi non potest, unde (prosequitur in num. 45.) propterea conjunctas habere oportet alias species probationis per scripturas, & historias, ac inscriptiones. Immemorialis autem (verba sunt in n. 46.) nullam NB. habet determinati temporis metam, dum ista potius illi opposita est, dum inter ejus requisita illud est præcipuum, ut de initio non constet, ac propterea potius abhorreat probationem per scripturas, quæ illi contrariæ sunt. Quare (subinfert in num. 48.) non modica quæstio est inter DD. quænam earum sit major & efficacior? Pluribus adhærentibus centenariæ; pluribusque immemoriam; Verùm ista posterior opinio probabilior magisque recepta videtur: quoniam, licet dari possit casus possessionis, excedentis memoriam hominum, quæ ad metam NB. annorum centum adhuc non pertingat; attamen illa incertitudo seu exclusio principii, quæ in hac specie Præscriptionis datur, magnum præsidium est, dum in vim facultatis competentis allegandi, quidquid placet, ille, qui habet immemoriam bene probatam, dicere potest, habere quoque centenariam & ultra: si enim neganda est existentia principii, ergo non datur hæc temporum distinctio. E converso autem in centenaria cadunt difficultates super principii vitio vel infectione, & per consequens magis tutam dicenda est altera. Ecce sensum Cardinalis de Luca, propriis illius verbis luculenter expressum!

Dices I. Jura majus privilegium tribuunt immemoriam, quàm centenariæ: ad hanc enim requiritur titulus, si præsumptio est P. Schmier Supplem. Jurispr. Canonico-Civili.

contra præscribentem: ad illam neutiquam & nunquam: consequenter immemorialis debet esse diuturnior quàm centenaria. II. Præscriptio immemorialis procedit etiam in reservatis Principi; non item centenaria: proindeque plus temporis concurrat, necesse est. III. juxta Covarruviam tom. 1. p. 2. relect. §. 3. num. 9. Præscriptio immemorialis concluditur, si ex adverso probatum sit, contrarium esse actum circa centum annos ante litem motam: ergo prærequirit possessionem continuam 100. annorum ante litem motam. IV. ex communi DD. in cap. cum Apostolica de his, qua sunt à Prælatiis etc. quasi possessio immemorialis decimarum sufficiens est probatio, quod ille, qui decimas tempore immemoriam possedit, eas habuerit ante Concilium Lateranense: igitur ex probatione temporis immemorialis constat possessio multo major, quàm sit ea, quæ per 100. annos obtenta fuit.

Resp. ad I. in Præscriptione centenaria, excepto forsitan casu, quod contra Romanam Ecclesiam opponitur, titulum minime desiderari, dum æquè ac immemorialis includit præsumptionem tituli melioris de mundo; imò allegationem tituli in centenaria potius dissuaderi, quàm suaderi, nisi ea cum circumspicione fiat, ut titulus non allegetur restrictivè, sed magis exemplificativè, quatenus compatitur adhuc alium titulum & meliorem, qui, specificati tituli probatione non adimpletâ, à Jure ex cursu tanti temporis præsumatur. Card. de Luca de Alienat. disc. 3. à num. 16. & de Jure Patronat. disc. 57. n. 30. Ad II. Resp. eandem esse virtutem Præscriptionis immemorialis & centenariæ quoad regalia & reservata Principum jura: quoniam, ut loquitur idem Cardinalis de Judic. disc. 21. num. 44. operatur etiam in iis, quæ impræscriptibilia sunt, ac vehementem habent Juris resistantiam. Ad III. Resp. doctrinam Covarruviam d. p. 2. relect. cap. possessor §. 3. num. 9. eò minùs hic attendi, quod sit unus ex adversæ sententiæ Patronis: in nostris siquidem principii immemorialis Præscriptio consurgere potest, etiam si contrarium fuerit actum intra centum annos ante litem, dummodò de initio statûs vel possessionis modernæ contraria probatio afferri non possit per homines de facto existentes. Ad IV. Resp. etiam ex probatione possessionis centenariæ suboriri præsumptionem, quod decimæ saltem post Concilium Lateranense privilegiis Apostolicis fuerint acquisitæ, si modò titulus aliquis vitiosus non ita adstruatur aut detegatur, ut alius & melior excludatur ex dictis & probatis à Card. de Luca, in num. 33.

37 Illud porro ex sæpe cit. Cardinali de *Jure Patron. d. diff. 57. à num. 27.* Præscriptio centenaria præ immemoriali præcipuum habet, quod possit probari per scripturam, uti deducitur in S. Rotæ Rom. *dec. 168. num. 36.*
38 & seq. p. 10. recent. ac præterea, quod illius probatio non intelligatur præcisè de 100. an-

nis, sed moraliter, ita ut, si deficient aliqui menses, vel etiam aliquis annus, adhuc adesse dicatur centenaria ex deductis per Lotterium de *Re Benefic. lib. 12. q. 7. num. 62. cum seqq.* & de deficientia quatuor annorum, habetur *decif. 509. num. 1. p. 5. recent.* ubi etiam aliarum decisiones referuntur.

CAPUT II.

De Causa Efficiente & Finali Præscriptionis.

SUMMARIA.

1. Assignatur pro origine Præscriptionis Jus Naturæ & Gentium. 2 & 3. Motiva contra Jus Naturæ. 4. & seqq. Dissolvuntur. 7. & seqq. Plures rationes contra Jus Naturæ &

Gentium accumulatur. 12. & seqq. Contrariis responsionibus, instantiis, & exemplis enervantur. 21. Explicatur tenus in §. ult. Inst. de Usu & habitac.

QUESTIO I.

An Origo Præscriptionis Juri Naturæ & Gentium justè adscribatur?

1 Affirmavi utrumque hoc *cap. §. 1. & 2.* & amplius confirmavi in *Jurispr. Publ. univers. lib. 2. cap. 2. à num. 122.* ubi de Præscriptione Summæ Potestatis disserui. Utrobique citavi Grotium, & signanter in posteriori opere à *num. 127.* luculenter ostendi, quod mecum sentiat, ut adeo, qui ex adverso sunt, nihil ulterius cum fundamento opponere valeant.

2 Contra prius assertum, quod Præscriptio dimanet ex Jure Naturæ, objici video, quæ habet P. Pichler ad *tir. de Præscript. sub n. 13.* nempe rationes nostras non esse efficaces ad id probandum: quamvis enim Naturali Juri valde conveniens fuerit, Præscriptionem introduci, non tamen propterea sequitur, eam necessariò & ab ipso Jure Naturali fuisse introductam, ut patet v.g. in prima rerum divisione, in matrimonio clandestinè contracto &c. Quod autem ille, qui ignorat, rem suam detineri ab alio, vel quam propter defectum virium repetere nequit, velit illam habere pro derelicta, non sufficienter probatur: cum ignorantis sit nullus consensus, & Jus Naturale non patitur, ut alicui invito res sua auferatur, & Præscriptio currat contra eum, cui vires defunt ad rem suam recuperandam. Sed reverà non opus esse censeo ulterioribus & efficacioribus probationibus, ultra jam propositas in locis adductis, & necdum solidè refutatas. Nec enim conveniens tantum, sed omninò necessarium & utile pro genere humano videtur, ut jura & dominia, post factam rerum divisionem, aliquando certam & stabilem nanciscantur possessionem: cum & ipsa rerum divisio eò sensu ad Jus Naturale à pluribus referatur; nihil in oppositum me cogente instantià de matrimonio clandestino, ante cujus irritationem per innumera ferè sæcula stetit incolumis Gens & Respublica hu-

mana; quæ tamen ab ipsis quasi incunabulis nutasset, & vacillasset, nisi Præscriptionis, saltem immemorialis, vinculo ligata & colligata fuisset. Nihil etiam remorante vel ignorantia vel impotentia: cum intra tempus, cujus initii memoria non extat, cupidi rerum suarum domini suis juribus invigilare, & si quæ sibi competere existimassent, repetere, vel saltem interposita protestatione conservare potuissent: quò intermissò, facultates suas pro derelictis habuisse justà præsumptione creduntur.

Contra alterum assertum, quod etiam nobiscum amplectitur P. Pichler, imò & contra antè Clariss. P. Söll de *Præscript. p. 1. cap. 1. §. 3. à num. 40.* multiplicia congerit argumenta. I. quia illa sententia in re sive morali sive canonica, aut etiam juridica censetur moraliter certa, in quam conspirant fermè omnes, iique gravissimi Doctores, præsertim qui eam ex instituto examinârunt: sed in sententiam, quæ negat, Jure Naturali strictè tali sive præceptivò, aut Jure Gentium introductam Præscriptionem, conspirant fermè omnes, iique gravissimi DD. qui eam ex instituto examinârunt: ergo censetur moraliter certa, & consequenter, qui contrarium cum paucis præpugnare præsumit, ut prævaleat, potentes sanè & convincentes rationes in medium proferat, ac contrarias solidè dissolvat, necesse est, quales tamen nondum allatæ sunt. II. non obtinetur finis, quem nos quærimus per adstructas conclusiones: cum enim ex una parte nec Jus Naturale, nec Gentium tempus, titulum, possessionem &c. ad præscribendum requisitum, determinet; ex altera verò parte Reges ac Supremi Principes Legibus Civilibus, quibus eæ conditiones definiuntur, non adstringantur. sequitur, quòd ex Jure Naturali aut tacitò Gentium consensu respectu illorum

rum nulla locum inveniat Præscriptio, neque vi hujus iis proprietates Regnorum, Provinciarum, ac urbium tribuatur. III. Esi concedatur, quòd, si quidam Principes aut Reges longissimò tempore, præsertim immemoriali, Regna, Provincias, Urbes &c. possideant, nullusque alius unquam reclamaverit, oriatur in simili casu præsumptio derelictionis, quia fortè nulla affulget spes, ea recuperandi; ex hoc tamen non sequitur, quòd Præscriptio fundetur in natura boni derelicti: nam modus acquirendi dominium per derelictionem multum diversus est à Præscriptione, semperque à DD. pro diverso agnitus: siquidem derelictio fundatur in propria voluntate abdicante, & deserente rem suam; Præscriptio verò capax achabilis est ad transferendum dominium eæ dispositione Legum. Unde etiam Grotius de *Jure B. & P. lib. 2. cap. 4.* non rectè citatur pro altera sententia: utpote cum ibidem non agat de Præscriptione, sed derelictione. IV. non potest probari tale pactum mutuum inter Gentes, vi cuius inter personas dominia rerum ab una Gente in alteram titulo Præscriptionis dicantur transferri; imò Gentes, bene institutæ, & quæ ordinatas Respublicas habent, non agnoscunt hoc Jus Gentium, nec contra se admittunt Præscriptiones. Sic Ferdinandus Vasq. *l. 2. cap. 51. num. 37. & 38.* contendit, contra Hispaniarum Regem non valere Præscriptionem. Idem testantur alij de Regibus Galliarum; nec eum admittunt Imperatores Sinarum, Turcarum, Persarum &c. sicut tamen omnes hi recipiunt Legatos, quorum receptio Juris Gentium est: imò nulla Gens in genere humano Præscriptionem contra se admittura esset, ubi nullæ Leges positivæ de Præscriptionibus extarent. V. quòd Præscriptio suam originem debeat Juri Civili, patet tum ex dictis, tum clarè colligitur ex §. *fin. Inst. de Usu & habitac.* ubi Imperator distinguit modos acquirendi, Jure Civili indutòs, ab iis, quos Jus Gentium induxit, atque manifestè refert Præscriptionem ad modum acquirendi civilem.

12 Quid jam ponderis aut momenti hisce argumentis Insti. paucis indicabo. I. iisdem verbis retorquetur: videlicet sententiam nostram, quæ tum Naturali tum Gentium Jure Præscriptionem fuisse introductam docet, tenent longè plures & fermè omnes maximæque nominis DD. qui Naturæ & Gentium Leges funditus rimârunt, uti non tantum colligitur ex Authoribus, hóc eòdem *cap. num. 3. & num. 27.* citatis, sed etiam ex multis aliis, in *Jurisprud. publ. univers. d. lib. 2. cap. 2. num. 126.* allegatis, quibus, si necessum foret, adhuc prolixior catalogus annexi posset; contraria verò opinio respectivè à paucis defenditur, & consequenter, si prævalere cupiat, alias & solidiores rationes conquirat, nostrasque fortiter enervet, opus est; quod hucusque præstitum non video.

13 Ad II. responso accommodatissima deducitur ex cit. *Jurisprud. univers. à num. 157.* ubi prolixè ostensum est, Præscriptionis tempus quoad Gentes inter se omnium certissimum & æquale esse illud, quod hominum memoriam transcendit; neque aliquam determinationem Juris Civilis quoad bonam fidem aut titulum efflagitari, ex quo dictamen Naturale aliunde verat, ne quis rem alienam sine legitima causa apprehendat, aut, quod ad alium pertinere noscit, malà fide accipiat, vel detineat. Indeque Supremi Principes, etsi Legibus Civilibus non obstringantur, obstringuntur tamen Legibus Naturæ & Gentium, ne alteri, quod suum est, injustè eripiant; aut rem, olim in suo patrimonio existentem, jam verò ab alio ultra hominum memoriam bonà fide possessam, repetere præsumant.

Ad III. rursus perspicua non minùs quàm appositae responsio petitur ex cit. *Jurisprud. à num. 139.* ubi genuinum sensum, quò Præscriptio ad præsumptam seu tacitam derelictionem referri, ac simul Præscriptio à modo acquirendi per derelictionem discrimini possit, & debeat, fusè declaravi: præmissà jam in *num. 127.* longiori inquisitione in verba & mentem Grotii, pro nostro dogmate scribentis.

Ad IV. Resp. nostrò judicò Præscriptio- nis originem æquè quoad Jus Naturæ quàm Jus Gentium per rationes, scriptores celebres, atque exempla abundè probatum esse. Indeque ex *lib. Judic. cap. 11.* monstratum, possessionem longissimi temporis, ab Israëlitis contra Regem Ammonitarum objectam, ab eodem contra se agnitam & admittam; & ab æquis rerum arbitris in controversiis, hac in re diversas inter Gentes vertentibus, longævi temporis usum pro legitimo fuisse habitum. Neque mirandum, si aliquando una vel altera Gens Præscriptionem contra se admittere noluerit: hoc enim sæpissimè accidit in aliis etiam Juris Naturæ & Gentium Capitibus, ut Magni Principes, apud quos non rarò vis & Jus pari passu ambulant, veluti Judices in propria causa libentius ea, quæ suis commodis serviunt, ac, quæ obstare videntur, recipiant; quibus tamen, cum Præscriptionis subsidium, ubi agitur pro domo sua, ambabus manibus complectantur, rectissimè occiditur, ut, quòd quisque Juris in alium statuit, eòdem & ipse utatur. Neque fidem hætenus adhibere potui, quòd Hispani Præscriptionis obstaculum repudient: nam, quidquid dixerit Vasquius, illam dilucidè agnovit magnus ille Hispaniarum Legatus, Didacus Savedra in *præfat. ad Coronam Gothicam*: agnovit etiam Illustratissimus ille Hispaniarum Episcopus Didacus Covarruv. in *relect. cap. possessor p. 3. init. num. 1. propè fin.* nullam inquiens, esse Christianam Rempuplicam, quæ propriis statutis Legibus usucapionem mobilium & immobilium rerum non probaverit. Quid Galliarum Regis Legato, Præscriptionem elidere aut eludere volenti, S. R. I. Status & Procere respon-

rum nulla locum inveniat Præscriptio, neque vi hujus iis proprietates Regnorum, Provinciarum, ac urbium tribuatur. III. Esi concedatur, quòd, si quidam Principes aut Reges longissimò tempore, præsertim immemoriali, Regna, Provincias, Urbes &c. possideant, nullusque alius unquam reclamaverit, oriatur in simili casu præsumptio derelictionis, quia fortè nulla affulget spes, ea recuperandi; ex hoc tamen non sequitur, quòd Præscriptio fundetur in natura boni derelicti: nam modus acquirendi dominium per derelictionem multum diversus est à Præscriptione, semperque à DD. pro diverso agnitus: siquidem derelictio fundatur in propria voluntate abdicante, & deserente rem suam; Præscriptio verò capax achabilis est ad transferendum dominium eæ dispositione Legum. Unde etiam Grotius de *Jure B. & P. lib. 2. cap. 4.* non rectè citatur pro altera sententia: utpote cum ibidem non agat de Præscriptione, sed derelictione. IV. non potest probari tale pactum mutuum inter Gentes, vi cuius inter personas dominia rerum ab una Gente in alteram titulo Præscriptionis dicantur transferri; imò Gentes, bene institutæ, & quæ ordinatas Respublicas habent, non agnoscunt hoc Jus Gentium, nec contra se admittunt Præscriptiones. Sic Ferdinandus Vasq. *l. 2. cap. 51. num. 37. & 38.* contendit, contra Hispaniarum Regem non valere Præscriptionem. Idem testantur alij de Regibus Galliarum; nec eum admittunt Imperatores Sinarum, Turcarum, Persarum &c. sicut tamen omnes hi recipiunt Legatos, quorum receptio Juris Gentium est: imò nulla Gens in genere humano Præscriptionem contra se admittura esset, ubi nullæ Leges positivæ de Præscriptionibus extarent. V. quòd Præscriptio suam originem debeat Juri Civili, patet tum ex dictis, tum clarè colligitur ex §. *fin. Inst. de Usu & habitac.* ubi Imperator distinguit modos acquirendi, Jure Civili indutòs, ab iis, quos Jus Gentium induxit, atque manifestè refert Præscriptionem ad modum acquirendi civilem.

12 Quid jam ponderis aut momenti hisce argumentis Insti. paucis indicabo. I. iisdem verbis retorquetur: videlicet sententiam nostram, quæ tum Naturali tum Gentium Jure Præscriptionem fuisse introductam docet, tenent longè plures & fermè omnes maximæque nominis DD. qui Naturæ & Gentium Leges funditus rimârunt, uti non tantum colligitur ex Authoribus, hóc eòdem *cap. num. 3. & num. 27.* citatis, sed etiam ex multis aliis, in *Jurisprud. publ. univers. d. lib. 2. cap. 2. num. 126.* allegatis, quibus, si necessum foret, adhuc prolixior catalogus annexi posset; contraria verò opinio respectivè à paucis defenditur, & consequenter, si prævalere cupiat, alias & solidiores rationes conquirat, nostrasque fortiter enervet, opus est; quod hucusque præstitum non video.

13 Ad II. responso accommodatissima deducitur ex cit. *Jurisprud. univers. à num. 157.* ubi prolixè ostensum est, Præscriptionis tempus quoad Gentes inter se omnium certissimum & æquale esse illud, quod hominum memoriam transcendit; neque aliquam determinationem Juris Civilis quoad bonam fidem aut titulum efflagitari, ex quo dictamen Naturale aliunde verat, ne quis rem alienam sine legitima causa apprehendat, aut, quod ad alium pertinere noscit, malà fide accipiat, vel detineat. Indeque Supremi Principes, etsi Legibus Civilibus non obstringantur, obstringuntur tamen Legibus Naturæ & Gentium, ne alteri, quod suum est, injustè eripiant; aut rem, olim in suo patrimonio existentem, jam verò ab alio ultra hominum memoriam bonà fide possessam, repetere præsumant.

Ad III. rursus perspicua non minùs quàm appositae responsio petitur ex cit. *Jurisprud. à num. 139.* ubi genuinum sensum, quò Præscriptio ad præsumptam seu tacitam derelictionem referri, ac simul Præscriptio à modo acquirendi per derelictionem discrimini possit, & debeat, fusè declaravi: præmissà jam in *num. 127.* longiori inquisitione in verba & mentem Grotii, pro nostro dogmate scribentis.

Ad IV. Resp. nostrò judicò Præscriptio- nis originem æquè quoad Jus Naturæ quàm Jus Gentium per rationes, scriptores celebres, atque exempla abundè probatum esse. Indeque ex *lib. Judic. cap. 11.* monstratum, possessionem longissimi temporis, ab Israëlitis contra Regem Ammonitarum objectam, ab eodem contra se agnitam & admittam; & ab æquis rerum arbitris in controversiis, hac in re diversas inter Gentes vertentibus, longævi temporis usum pro legitimo fuisse habitum. Neque mirandum, si aliquando una vel altera Gens Præscriptionem contra se admittere noluerit: hoc enim sæpissimè accidit in aliis etiam Juris Naturæ & Gentium Capitibus, ut Magni Principes, apud quos non rarò vis & Jus pari passu ambulant, veluti Judices in propria causa libentius ea, quæ suis commodis serviunt, ac, quæ obstare videntur, recipiant; quibus tamen, cum Præscriptionis subsidium, ubi agitur pro domo sua, ambabus manibus complectantur, rectissimè occiditur, ut, quòd quisque Juris in alium statuit, eòdem & ipse utatur. Neque fidem hætenus adhibere potui, quòd Hispani Præscriptionis obstaculum repudient: nam, quidquid dixerit Vasquius, illam dilucidè agnovit magnus ille Hispaniarum Legatus, Didacus Savedra in *præfat. ad Coronam Gothicam*: agnovit etiam Illustratissimus ille Hispaniarum Episcopus Didacus Covarruv. in *relect. cap. possessor p. 3. init. num. 1. propè fin.* nullam inquiens, esse Christianam Rempuplicam, quæ propriis statutis Legibus usucapionem mobilium & immobilium rerum non probaverit. Quid Galliarum Regis Legato, Præscriptionem elidere aut eludere volenti, S. R. I. Status & Procere respon-

E 2

spou-